

134 Aduertencias para

tioribus ad inferiores, & è contra.

P Octauus est, iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

P Nonus est, auxilium seu consilium, seu procuratio ad abortum faciendum post animalium fœtum, etiam effectu non subsecuto.

P Decimus est, falsificatio manus, aut sigilli officialis Monasterii, aut Conuentus.

P Undecimus est, furtum de rebus Monasterii, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. Hoc fuit à Pontifice declaratum debere intelligi etiam de rebus particularibus ad alicuius Fratris particularius usum concessis.

P Addit autem Summius Pontifex, quod si aliud peccatum graue pro Religionis conservazione, aut pro conscientię puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matuра discussione & Consilio. Ex qua dispositione videtur remanere dispositionem supra dictam Alexandri Sexti restrictam, & moderatam: ut, scilicet, Provinciales & Generales perse solos iam non possint reseruare casus, nisi in Capitulis Generalibus, & Provincialibus;

cum